

A sum princeps fuit declaratus usque ad exitum vite, antiquius habuit, quam Venetum nomen colere, colendoque sub illius umbra pacis studia & otium fovete. Sab. l. i. Dec. 4.

PLATO obrectatorem, de Xenocrate amicissimo multa obgnationem, eaq; etiam iurejurando confirmare paratum, rejecit: Neque se credere posse dicitans Xenocrati tale quid excidisse: neque si excidisset, malo id animo factum putare, sed quod illud ita e re utriusque tunc fuerit. Val. Max. l. 4. c. 1. Ad dignitates evadere.

C. GRACCHUS, Trib. pl. Populo Rom. nihil non ejus studio facere parato, jecit aliquando in concione, gratiam se petiturum, quam si esset adeptus, instar se habiturum omnium: sin tulisset repullam, nihil de illis conquesturum. Id dictum petito visum consulatus esse: atque opinionem omnibus præbuit, pariter se consulatum & tribunatum petiturum. Instantibus comitiis consularibus omnibusque suspensus prodiit Cajus ad Fannium in campum deducendum, atque ad juvenandum studio suo cum amicis illius petitionem. Momentum hoc Fannio non exiguum attulit, B qui consul, & Cajus iterum tribunus plebis renunciatus est, non candidatus, populi studio. Plut. in Cajo.

VAL. FLACCUS nobiliss. Romanorum, M. Catonem amicum à rure in urbem ad Remp. vocans, ad fumos promovit honores. Primo ad Tribunatum: Hinc ad questuram, donec etiam consul cum Valerio factus sit: Inde cenior. Plut. in Catone.

Honorare.

ALEXANDER MAGNUS Phocionis Atheniensis virtute & integritate delectatus publice, privatim quoque jure amicitia & hospitii inito, provexit illum eò honoris, quem pauci, qui nunquam discedebant ab ipso, haberent. Refert Duris, postquam evasit ingens, & Darium profugavit, ex epistolis detraxisse eum, Salutem: nisi cum scriberet Phocioni. Huic uni, sicut Antipatro, Salutem in capite adscribebat. Idem Chares scripturn reliquit. Plut. in Phocione.

Ingenium in se suscipere.

LUCIATUUS CATULUS collega C. Marii, cum Cimbulo audacia ad Athesim castra desererent milites ac signa relinquerent: & is nullis admonitionibus eos sistere posset: aquilam tolli jussit, cursumque ad primum agmen contendit abundantium, ducentemque se præbuit: quò suam faceret, non patriæ, maculam: neque fugere, sed sequentes ducentem viderentur abire. Plut. in Mar.

Conspirare. Consentire.

Consensus amicorum hujus est loci. Ex Titulo Conspiratorem exempla huc afferri possunt. Communio Fortunæ.

Apud Æthiopes tanta est hominum tamque infucata amicitia, ut communis sit omnium felicitas & infelicitas. Si quis aliqua corporis parte debilitatur quavis causa, amici & domestici omnes eandem partem habilitant. Turpe enim existimant amico claudo, non omnes ejus amicos claudos esse: & quidem absurdum videbatur, cum verè sit amicitia, ex rebus adversis amicorum dolere, lætari in secundis, non etiam corporis doloris amicos participes esse. Diod. Sicul.

Aquitaniæ populi Sontiates sunt. Inter hos societates erant atque amicitia: vincula arctissima (illorum lingua Solduni nominabantur) ut quicquid amico vel in fortunis, vel in corpore contigisset, ipsi ad eadem simul ferenda præstito essent. Alex. l. 1. c. 26. & Cælius l. 18. c. 21. A. L.

SCYTHIÆ juvenes ephebos plurimos sibi amicos comparant, velut firmissima vitæ præsidia, jubebant. Is enim habebatur affluens & beatus, qui pluribus familiaritatibus fultus foret: pro certo arbitrati, in rebus deploratis & afflictis, nulli unquam satis fuisse amicorum. Alex. l. 2. c. 25.

Apud Hunnos fœdus inexplicabili nexu & amicitia perpetua viginti generosi spiritus virotum contrahebatur, qui una comites consiliorum omnium & voluntatum erant, ad eò amicitia mutua devincti, ut prospera simul & incommoda mutuis officiis ad supremum usque diem ferre nunquam renuerent. Alex. ab Alex. l. 1. c. 26.

OVIDIUS Naso 3. Tristium 4. sic ad amicum scribit, O mihi chare quidem semper, sed tempore duro Cognite, res postquam procubere meæ.

Condolere.

Mileto à Persis capta, Athenienses tam molestè illorum cladem tulerunt, ut universum theatrum illacrymasse dicatur, quum Milefia Phryniuchi direptio acta est, ob idque au-

tor ipse mille drachmis, ut Callisthenes prodidit, sit mulctatus, quia velut domesticum vulnus reficivisset. Sab. l. 8. En. 2.

Sybaritæ & Milefii arctissima amicitia & hospitii jure inter se jungebantur. Eò factum, ut Sybari à Crotoniatis direpta, universi Milefii puberes capita detaserint, in signum luctus. Herod. l. 6.

Vna conversari, Convivere.

Theocritus in Hyla, de Hercule ac Telamone scribens, inquit: — Oí mías áypos éταρος

Λ'εί δ'αυτοῦ πρᾶξις

— qui ad mensam semper eandem

Cenabant ambo, sibi nimirum ut amici.

ARATO Sicyonio Achæorum Prætoris, paulò antequam Cleomenis Spartani armis pressus Antigono Macedonum regi mercede Acto corinthi sese conjungeret, fama est sacris operanti duplex sel in jecore apparuisse, uno circumjectum adipe: ac nunciata atuspice, brevi cum quo inimicissimis hostibus in summam coturum amicitiam. Quod dictum in presentia floccifecit: quò neque aliàs multum fidei existis tribueret vel arupicina: sed consilio uteretur. Ut verò postea bello prosperè procedente Antigonus Corinthi convivium agitas, multis invitatis, Aratum supra se collocavit, ac mox postulate veste stragula rogavit, numme ei quoque appareret frigus esse? Quo etiam rigere admodum se respondente, jussit ei, admoveat se proprius, arque tape te allato ambo unà pueri cooperare. Tunc ergo illorum extorum memori Arato titulus subit, commemoravitque regi prodigium & prædictionem. Plut. in Arato.

Proverbio dicuntur sale & cymino tenus amici, qui tanta familiaritate sunt conjuncti, ut etiam sale contenti solo & cymino cœnent. Plut. l. 5. Convivial. 410. Communio bonorum.

Κωνῆτᾱ ἤρ' εἰλῶν, Res amicorum communes, Timæus lib. 9. ut paratum fuisse scribit in magna Græcia, quo tempore Pythagoras Incolis persuaserit, ut opes haberent indivisas, neque pecunia modò, sed mentis etiam fuisse communione, & prudentiæ.

Communio, concessio Vxorum.

Apud Spartanos si quis liberis carens eorumdem desiderio teneretur, licebat illi ex adolescentibus quem vellet, deligere, & sine ullo probro ad uxorem causâ procreationis introducere. Plut. in Laconicis.

Inter multos, qui Catonem minorem diligebant, & suscipiebant, alii alius peripicuè magis & apertius id declarabant: in quibus Q. Hortensius erat, magna vir auctoritate, & probatis moribus. Hic Catonis gestiens non familiaris modò & amicus esse, fed omnem semel necessitudinem & consortio familiarum & genus suum eo confociate, non dubitavit cum eo agere, ut siliam Porciam Bibulo nuptam, cui partus duos ediderat sibi invicem velut frugiferum agrum collocaret ad ferendam frivem. Verum cum Cato respondisset, cum marito ejus loqui oporteret: Hortensius apertò sermone ejus uxorem Mariam se petere affirmavit, licet gravidam, ut quidam ajunt, cum Catoni satis magna esset proles. Cato oportere, respondit, Philippum quoque hoc probare Martiæ parentem. Utigitur appellatus Philippus concedere id cognovit Catonem: non aliter respondit ei Martiam, quam præterite illo, & sponsalia componens. Bello civili, cum Pompejum sequeretur, & domus ejus & filia curatorem requirerent, accepit iterum Martiam vi-duam cum grandi dote: siquidem Hortensius eam mortens reliquerat hæredem. Quod præcipuè objectans Cæsar Catoni: improperat ei avaritiam, & mercenarium maritum appellat: quasi juvenem commodasset, ut reciperet divitiem. Plut. in Catone.

Comitari.

Ex Tit. Amoris conjugalis quedam. Item Fidei erga Socios, Commilitones.

Alexander Priami filius Cebrenus filiam Oenonem fatidicam in uxorem duxit: pollicitus se nunquàm illam deseraturum. Illa prædixit ei, quod Helenam non multo post rapturum sit, & patriam perditurum, vulneratum in insuper in bello non nisi suis remediis sanatum iri. R. idebat ea tamen Alexander. Verum raptam jam Helena, Oenone ad patrem reversa est. Vulneratus à Philoctete Paris Oenonem per præconè accessit curat. Zelytopia illa ab Helena auxilium petere jussit. Victa tamè amoris impotentia festinabat ad Paridem, At quia præco responsum

Ab Oenone citius retulisset, præ animi molestia Alexander expiravit. Oenone superveniens quom mortuum jam in terra jacentem videt, seipsum interimit. Parth. in Erotico cap. 4. ex Nicand. in lib. de Poeticis, & Cephal. Gergithia in Troicis.

EGYPTIUS amicitia & sodalitatibus genit, ἡ ἡνωσις ἐνεργεῖται, & quasi commercium: cui cum M. Antonius quoque & Cleopatra nomen dedissent, hæc illi superstes esse noluit. Plut. in Antonio.

CANTABRIS mos fuisse dicitur, ut pro amicis & fœderatis, sociali fide se immolare atque interire non dubitarent. Alexand. ab Alex. lib. 1. cap. 26.

VOLUMNIUS ortus equestri loco, cum M. Lucullum familiariter coluisset, eumque M. Antonius, quòd Bruti & Cassii partes secutus fuerat, interemisisset: in magna fugiendi licentia, exanimi amico adhæsit, hucusque in lacrymas & genitus profusus, ut nimia pietate causam sibi mortis accerteret. Nam propter præcipuam & perseverantem lamentationem ad Antonium petraclus est. Cujus postquam in conspectu fereit: Jubete me (inquit) imperator proinus ad Luculli corpus perductum occidi. Neque enim absumpto illo superesse debeo, cum ei infelicitis militiæ auctor extiterim. Ductus quò voluerat, Luculli dexteram avidè osculatus, caput, quòd abscissum jacebat, sublatum pectori suo applicavit, ac deinde demissam cervicem victoris gladio præbuit. Val. l. 4. cap. 7.

ERAT ab Octavio Coc. Placentia præpositus P. Cælius. Quà à Cinnano exercitu capta, & senior jam & gravi valetudine affectus, ne in potestatem hostium veniret, L. Petronium quem hamili loco natum ad equestrem ordinem evexerat, precibus fatigat, ut se interficeret. Quo facto Petronius cædi ejus sum junxit, ne eo jacente, per quem omnia dignitates incrementa affectum fuerat, superesset. Val. Max. lib. 4. cap. 7. Exempt.

SABINUS, Senator unus ex conjuratis, qui Cajum interfecerat, cæteris à Claudio capitali supplicio affectis, & absolutus & pristina præfectura restitutus, semetipsum interfecit, ne sociis superesset. Joseph. lib. 19. cap. 3. Antia.

Profratris jam & perditis C. Gracchi consiliis rebusque, desertum ab omnibus amicis duo tantum Pomponius & Leætoribus opposito corporum suorum tesserent, coque ipso occubuerunt. Val. Max. lib. 4. cap. 7.

TICINUS Venturio missus à C. Cassio nocturno tempore, ut specularetur, quonam in statu res M. Bruti essent, cum diutius remaneret: existimans Cassius, eum ab hostibus exceptum, omniaque in eorum potestatem recidisse, finire vitam proparavit. At reversus Ticinius, oculis paulisper hæsit, inopinatio jacentis ducis præcæculo attonitus, deinde profusus in lacrymas: Eri impudens (inquit) imperator causa tibi mortis tui, tamen ne idipsum impunitum sit, accipe me fati tuo comitem, superque exanime corpus ejus jugulo tuo gladium capulo tenus demisit: ac permixto utriusque sanguine, duplex victimam jacuit, pietatis hæc, erroris illa. Val. Max. lib. 9. c. 9.

Felice Rustate factiohis auriga elato, Quidam è faventibus rogo ejus sese vivum iniecit. Plin. lib. 7. cap. 53.

BONA virgo in finibus Egypti sanctarum virginum cœnobio Deo serviens, dum unà inter illas, quam præcipuè dilexerat, ex gravi valetudine jam morti proximam miseraretur, oravit Dominum, ut cum ea simul diem obiret, perpetuaque morientis feret comes. Ut oraverat, impetravit. Ambe eodem die vite defunctæ sunt, amba uno sepulchro conditæ. Simul cœlum petierunt, que simul in terra Christo fervierant, ut convivere, sic etiam commori exportantes. Marul. lib. 3. c. 2.

HADINGUM Danorum regem genere Guthormus instinctu Ulvildæ conjugis ad convivium invitatum occidere sternerat. Hadingus re cognita, per stipatores facinus anteverit, & generum insulit. Sparso inde de Hadingi cæde falso rumore, Hundingus Sveonum rex, ut qui regnum ejus benigne donatum accepisset, cæso Ufone rege fratre, solemnivivio amico regi parentatus dolum capaciff. cerevisia plenum convivii apponi præcepit, & ne quid celebritatis deficeret, ipse ministris partibus assumptis, picernam egit. Sed dum officii prætextu circumit, offenso gradu in dolum lapsus atque suffocatus est. Quo cognito Hadingus parem veneratiori gratiam relaturus, extinctoque superesse non passus, suspensio se vulgo insperatè consumpsit. Saxo lib. 1.

Tempore Frothonis III. Danorum regis Almundus Alfi L. B. Theatr. vit. Roman. Tom. I.

Hermachia reguli F. in venatione irruente caligine, à retia raris divulsus, tandem equo & vestibus destitutus, fungos & tubera arrodens, ad Biornonem regem in Uvik provinciam venit. Ibi cum filio ejus Avvito amicitia fœdus inivit, quemcumque eorum vita prolixior excepisset, is mortuo contumulareretur. Avvitus ergo prior morbo consumptus, cum cane ac equo tereno mandatur antro. Cum quo Almundus ob amicitia jurandum vivus contumulari sustinuit, cibo, quo vesceretur, illato. Erico inde deserto Frothonis III. Danorum regis auspiciis exercitum Sveonum ductante, Avviti tumulum Sveones milites spe præda legionibus persegere, & majoris, quam credebatur, altitudinis specum videntes, unum ex promptissimis juvenibus aspiceret, proximus ejecto eo, ipse corbe descendit. Socii ingentis pecunie spe reducto corbe, inusitata facie territi, defunctumque redisse rati, projecta reffe fugere. Almundus fugientes revocare conatus, vociferati cœpit. Quem videns Ericus, præcipuè cruentati raris ejus imaginem mirabatur. Narravit ille, Avviti noctu revivificere solitum, equum jubmò, deinde canem dilacerasse & devorasse: mox in se cruentos ungues convertisse, disciflaque gena aurem avulsisse: se vicissim illi ferro caput amputasse, & abdomen confodisse. Saxo lib. 5.

GUELFELMUS, Roskildensis Episc. Sveonum II. Danorum regem ab incesto Guthæ Sveticæ conjugio removit, & obcedem procerum quorundam eum non prius, quam penitentiam egisset, in gratiam recepit. Tanta proinde inter eos amicitia coaluit, ut communibus votis neuter se alteri favore optaret. Contigit autem Sveonem annis gravem priorem mori. Cujus funus dum Roskildiam deferret, Guefelmus ad urbem cursu festinato contendens, in ipsa Trinitatis æde, prius regi, deinde sibi tumulum parati jussit. Fosfores admiratione stupentes, minis ad obsequendum adduxit. Deinde citato equo in occursum exequeurum contendens, cum ad nemus Topshogicum pervenisset, duabus miræ proceritatis arboribus juxta iter conspexit, utramque præcidi, inque usum loculi aptari præcepit. Cumque sylvam prætergressus regium in vicino funus adesse cognosceret, loculi sui vitorem consiliter jussit, ac proximis velut laxamenti gratia amiculum quòd habebat, exiit, eique humi expanso seipsum præcipientem superinjecit: deinde erectus G in altum palmis, si quo rerum auctori servitio placuisset, vitam sibi finiri petivit. Hæc fatus, veluti in domestico lectulo acquiescens exinguitur. Quem famuli longam admodum cubandi moram gessisse mirati, cum frustra erigere jacentem conarentur, exanimem reppererunt. Igitur a suis feretro exceptus, atque ante regem elatus, ut fato postior, ita funebri pompa prior exiit. Viris namque funebri Sveonibus lecto humeros subjicientibus, ipse equis subvectus præcessit. Prior verò factario illatus, veram præfagii fidem retulit. Exequiis actis, conjunctos admodum tumulos habuere. Saxo lib. 11.

Mortem ulcisci.

Ex Tit. Mortis aliene ultio severa, huc pleraque. Constituerat Achilles nunquam redire ad bellum Trojanum, propter ereptam sibi ab Agamemnone Briseidem. Ubi tamen intellexit Patroclum amicum ab Hectore fuisse peremptum, mutato proposito bellum adiit, nec prius quietivanimò, quam socii mortem vindicasset.

NISUS Hytraci filius, & Eurialus, amici fuerunt arctissimi, qui pro Ænea certaverunt in Turnum: quorum alter Hurrum, Eurialum quum Rutuli interfecissent, Nisus qui periculum cursu evaserat, rediit ad ulciscendam socii mortem: multique interfectis, super mortui corpus se exanimem projecit. Auctor Virg. lib. 9. Æneid.

Mortuos honorare.

Athanarico, rege Gothorum, Byzantii mortuo (quò societas in eundæ causa Gratiani & Theodosii literis evocatus venerat) Theodosius Imp. cum magna pompa ad rogum usque secutus, cumulatissimè amico iusta perfolvit, funebres ludos in ejus honorem edidit: & hoc ipso Visigothorum animos ita sibi conciliavit, ut auspiciis deinceps Theodosii ultro militarent. Bonfin. lib. 2. Decad. 1.

Memoriam mortui conservare. Castra, in quibus Claudii pater Drusus gravi morbo afflictus, & tristi fato sublatu fuit, quia intemptiva morte pregressus, acerbo funere decefferat. Scelerata dixere: quanta eum charitate Milites prosequerentur, turpi convivio & infando nomine significantes. Alex. l. 2. c. 6.

HERODES, Judæorum rex, in colendis Rom. amicitias & dili-

A diligens & magnificus fuit. In memoriam M. Antonii, cujus beneficio regnum adquisierat, arcem templo vicinam Antoniam appellavit. Turrim Stratonis urbem magnifice instauravit, & Casarem vocavit. Samaritan restitutam Sebastem nuncupavit. De M. Agrippae amicitissimi nomine domum regiam Agrippam nominavit. *Ioseph. lib. 15. Antiq.*
CAROLUS Magnus Rolandum ex sorore Bertha nepotem, Britannici limitis praefectum, ex insidiis in Pyrenaeis occidit, mirum in modum dilexit; ideoque saepe hoc carmen de eo cecinit, quod semper in ore habuisse fertur, teste *Cisp.*
*Tu patriam repetis, nos triste sub orbe relinquis:
 Te tenet aula nitens, nos lacrymosa dies.
 Sed qui lustris geris octo binos super annos,
 Ereptus terris, iustus ad altra redis.*
NON OBITA, NEGLECTA
 AMICITIAE OFFICIA, Amicis vel Conscientibus, Volentibus.
*Vide Tit. Amicitia dissimulata. Nolentibus.
 Ex Tit. Desertorum amicitia, hoc quadam. Illic Persidiae, hic Officij deserti ratio habetur.*

B AMPHYTRION, cum absente F. Hercule Lycus occupasset Thebas, & familiam Herculis universam perdere velle, conquiretur, quod neminem amicum habeat opitulatorem, apud Euripidem in *Hercule furente*: Ex amicis alios quidem non certos video amicos; qui vero sunt recte, impotentes sunt, ut juvent. Talis res est hominibus ipsa infelicitas: quam nullus unquam, quicumque vel mediocriter amicus mihi, assequatur, amicomum certissimum.
 Agesilaus, Spartanorum rex, est amicus per fas & nefas additus esse, vir alioqui bonus, tamen si ex usu esset, tempore se potius accommodabat: ut declaravit, cum tumultuosius castra moveret, infirmum relinquens amicum. Nam cum precibus ille abeuntis imploraret operam, avertit facie: Ut arduum est, inquit, simul misereri & sapere. Id Hieronymus philosophus scriptum reliquit. *Plut. in Agesilao.*
 Ad *Cispum, Martialis Epigram. lib. 10.*
*Crederet de nostris nulli te dicis amicis:
 Sed sine hoc verum, quid rogo, Crispe, facis?
 Mutua cum peterem scelerata quinque, negasti,
 Non caperet nummos cum gravi arcatus.*

C Quando fabe nobis modium sarricis dedisti?
 Cum tua Niliacis rura colonus ares?
 Quando brevis gelida missa est rota tempore brumae?
 Argenti quando missa selibra mihi est?
 Nil aliud video, quate credamus amicum,
 Quam quod me coram perdere, Crispe, soles.
AMICITIAE COGNITIO. AMICITIA APERTA.
Ex Tit. Officiorum amicitiae praecedentibus hic plerumque quaerens indicia sunt Amicitiae.
OCCULTA. AMICI OCCULTI.
 CHUSAEUS Archita, Davidis regis amicus occultus, in detegendis Abisalon consiliis fidelissimus. 2. *Reg. 15. & 16.*
 ABDIAS, Elie vatis occultus amicus, tempore perfectionis sub Achab & Jezabele, centum prophetas Domini absconditos pane & aqua sustentavit. 3. *Reg. 18.*

AMICITIAE CERTAMINA.
Consule Tit. Procorum & Rivalium. Hic amoris simpliciter, illic respectu Immoderationis habetur ratio.
 D ORISTES & Pylades cum ad aram siterentur, ut unus ex iis Dianae Tauricae immolaretur, ut pro altero moretetur, certabat. Orestes prior, cum Iphigenia eum vellet dimittere, Pyladem velle mactare, inquit, apud Eurip. in *Iphigen. Taurica.*
*Τὴν γὰρ εἰδὼς ἴδ' ἂν εἶλοντο φίλον,
 ὃν εἶδον ἕκαστον ἢ με πῶς ὄρετο δέλον.*
 Subinde Pylades:
*Ἀλλ' ὄρεται, δαυόντων ὅτι, ἐλπίων ἡμῶν φάτος.
 Κωπὴν τ' ἔπαυσα, δὲ μὲ καὶ νόστον δαυόντων.
 Καὶ δούλωκα δὲ κακῶν κηλίσσομαι.*
 De iis sic Ovid. 2. de *Ponto*. 2.
*Iro iubet Pylades carum potiturus Orestem,
 Hic negat, inque vicem pugnat uterque mori.
 Exiit hoc unum, quod non convenerat illis:
 Cetera pars concursi, & sine lite fuit.*
 Repetit *Manilius lib. 2.*
*Vnus erat Pylades, unus qui mallet Orestes
 Ipse mori; Lix una fuit per secula mortis:
 Alter quod raperet fatum, non cederet alter.*

EUCRITUS pro Eupheno, quem Dionysius tyrannus in vincula coniecerat, sed ad elocandum foretrem in patriam remiserat, se vadum constituit, ut nisi ille esse stato die fisset, ipse pro eo moretetur. *Polyanus lib. 2. De iis item Man. l. 2.*

Et duo, qui potere sequi vix voxia panis,
 Optavitque rem sponsor non posse reverti.
 Sponsoremque vix timuit, ne solveret ipsum.
 Nicocles petenti, ut sibi ante Phocionem venenum haurire liceret; Tameis duorum hoc, inquit Phocion, tamen concedendum est, cui nihil unquam in vita negavit. Phocion Nicoclem inter amicos fidissimum unice adamarat, eoque molestum erat videre illum mortientem: eam molestiam ut vitaret Nicocles, petebat, ut ipso prior biberet, & hac in re commodavit amico. *Erasm. lib. 3. Aepoph.*
 L. SYLLA se à nemine amicorum beneficentia superatum, nec ab inimico maleficiis, gloriar solitus est, ita ut suo quoque sepulchro incidi curaverit. *Sab. lib. 3. Enn. 8.*
 L. CINNA Pompeji nepoti, vitae suae infidelitatem, sed amico factio, Augustus Caesar certamen amicitiae obtulit. Quare id confectus est, ut non modo haberet postea Cinnam fidelissimum, sed & haeres unicus sit ab eo nuncupatus. *Sveton.*

AMICITIA PATERNA PRIMARIA HUIUS
 ANXIE. CONCILIATA
 Conversatio.
 Apud Autes Africae populus, ubi apud mulierem puer robustus est factus, apud quemcumque virum habitare sustinet (nam tertio quoque mense viri conveniunt) ejus filius censtat. *Herod. lib. 4.*
Similitudine forme.
 LIMYRNII populi promiscue coeunt, pueros infantes pro similitudine forme in conventu publico adjudicatos huic vel illi dant educandos. *Stob. serm. 42. ex Nicolao de Genitium moribus.*
 Adoptione. Qui quos adoptarint. Adoptarint.
 Amicitia hic rationem habemus, inter Adoptantem & Adoptatum contracta.

ADOPTIONIS duae sunt species. Nam quum in familiam, inque liberorum locum extraneis immantur, aut per Praetorem id fit, aut per populum. Quod per Praetorem fit, Adoptio dicitur; quod per populum, Arrogatio. Adoptantem autem, cum à parente, in cuius potestate sunt, tercia mancipatione in jure ceduntur, atque ab eo, qui adoptat, apud eum, penes quem legis actio est, vindicantur. Arrogantem ii, qui quum sui juris sint, in alienam se potestatem tradunt: ejusque rei ipsi auctores sunt. Sed arrogationes non temere nec inexplorata committuntur. Nam Comitata appellatur. Aetas quoque ejus, qui arrogare vult, in liberis postea dignandis idonea sit: bonaque ejus, qui arrogatur, nec infidiosa appetita sint, considerantur. Jusque jurandum à Q. Mutio pontifice Maximo conceptum dicitur, quod in arrogando juraretur. Sed arrogari non nisi jam velicere. Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam transit, per populi rogationem fit. Ejus rogationis verba haec sunt: Velitis, jubeatis, ut L. Valerius, L. Titio tam jure legeque filius fiet, quam si ex eo patre matreque familia ejus natus esset: utque ei vitae nequeque in eum potestas fiet, ut pariendo filio est; est hoc ita, ut dixi, vos Quirites rogo. *Haec ex Gellio l. 5. cap. 19. Floriano comment. Verb. juris.*

THEMUR, aliis Thermuthis, Pharaonis regis filia, Mo-Hem puerum è Nilo educatum adoptavit, ut quem modis omnibus Parao necare cupiebat, ab eodem, licet infans, divina nutu providentia educaretur. *Sab. lib. 2. Enn. 1.*
 Jovem persuasisse Junoni fabulantur, ut Hercule se fingeret genuisse, matrique erga eum deinceps benevolentiam ostenderet. Cum in lectum ascendisset, insumptum juxta corpus Herculeum per vestes inferens in terram demisit, verum partum imitata: sicut & nunc usque in filiorum adoptione observant Barbari. Junonis opera, post hunc partum, ferunt Heben Herculi nupsisse. *Diod. lib. 4. cap. 2.*
 Telephus Herculis filius, ex Augea Accae regis Arcadiae filia, avi jussu expositus in sylvis, & à cervam nutritus, doctoque datus Teutrat Myriae regi, pro filio educatus est. *Diod. lib. 5.*
 T. ANNIVS Milo è Lanuvio municipio familia Papia adoptatus est à T. Annio avo materno. *Africanus Pedianus in oratione pro Milone.*

A Scipio Aemilianus, qui Africanus minor dictus est, ab Africano Majoris filio adoptatus fuit, cum filius esset Pauli Aemilii. *Volat. lib. 19. Antrop.*

Fuit Actia mater Octaviani Caesaris, filia M. Actii Balbi Aetici senatoris clarissimi, & Juliae sororis C. Caesaris, & ideo C. Jul. Caesaris Octavianus fuit ex sorore nepos, cum ipse esset major avunculus, hoc est, frater aviae. Itaque ex testamento in familiam ejus est adoptatus, & Caesaris nomen assumpsit, eoque deinceps uti maluit, quam paterno. Romanam itaque reverfus Apollonia vindicaturus Caesaris interitum, licet mater sapius abhorreret, nequid inchoaret pernitendum: deterrerit tamen non potuit, quin apud C. Antonium Marci fratrem & praetorem de more prisco adoptionem susciperet. Post Mutinense bellum cum urbi appropinquaret, Consul cum Q. Pedio electus, sacrificavit, duodecim vultures (ut olim Romulus) inter sacrificandum vidit, perfectisque sacris iterum se parenti in adoptionem dedit lege Curia. *Cispin.*

B AUGUSTUS Caesar Cajum & Lucium adoptavit domi per assem & libram emptos à patre Agrippa: tenerosque adhuc ad curam Reipub. admovit, & consulis designatos circum provincias exercitumque dimisit. *Sveton.*
 Successit Augusto Tiberius, Tiberii Neronis & Liviae Drusillae filius, per matrem, quae quum prior maritus adhuc viveret, Octavio nupsit, ipsi principi insinuatus, ut primò adoptatus, mox relictus sit haeres, justus ipse Germanicum fratris sui filium adoptare. Creditur Augustus magis Liviae impulsus, quam quòd ita crederet Reipub. consultum, cum haeredem constituisset, quippe cujus neque mores, neque ingenium probavit unquam, pertinaciam petraeus, & ingentiam animo sevitiam, quae vitia multa arte, quamdiu privatus vixit, Tiberius dissimulavit. Satis constat, Augustum sub extremo vitae tempore, illo ex colloquio dimisso, exclamasse: Miserum pop. Rom. qui sub tam lenis futurus esset maxillis. *Ex Dione Sabel. lib. 1. Enn. 7.*
 TIBERTUS Caesar Drusum unicum F. amisit, Tiberium Drusi F. & Cajum Germanici fratris filios adoptavit. Verum Cajus in imperio successit, & Tiberium trucidavit. *Iosephus lib. 18. cap. 8. antiq.*

CLAUDIUS Imp. Neronem privignum, Domitii filium, C. adoptavit in nomen familiae, undecim jam natum annos, eique filium Octavianum collocavit: licet filium haberet naturalem Britannicum biennio minore, quem Agrippina nocera domo secum detinuit, donec Brutus militiae princeps Neronem ad castra militum circumferret, à quibus Imperator fuit salutat, qui postea Britannicum veneno suffulit. Afciturus in nomen familiae Neronem, quasi parum reprehenderetur, quòd adulto jam filio privignum adoptaret, identidem divulgavit, neminem unquam per adoptionem familiae Claudiae infertum. Ferunt, Senecam, cui in discipulnam statim ab adoptione traditus est, proxima nocte visum sibi per quietem Cajo Caligulae Caesari crudelissimo praecipere, & fidem somnio Nero brevi fecit, prodita humanitate naturae, quibus primùm potuit experimentis. *Svet. & Dion.*

Piso nobilis adolescens, à Galba Caesare primùm dilectus, & postmodum adoptatus est. *Tacitus.*
 NERVA cum jam senio premeretur, & mors instaret, Reipub. eam, Trajanum principem in filium adoptavit.

TRAJANUS Imp. cum nullos ex Plotina conjuge liberos D. suscepisset, Adrianum conjugineum legatum Syriae absentem per litteras adoptavit. Is cum natalem adoptionis celebraret, nunciata est ei mors Trajanum. Dion tradit, nunquam Adrianum à vivo Trajano adoptatum, sed factione Plotinae, quae illius amore flagrabat, adoptionem factam: mortemque Trajani aliquot dies occultatam, supposito qui pro Trajano ficta voce loqueretur. Id postea ex epistolis, quas Plotina scripsit, cognitum est. Aprobrianus Dionis pater, qui Ciliciae praerat, se huc consilio interfusse affirmavit. Unde cum mortua esset Plotina, Trajani Imp. uxor, Adrianus, qui illi successerat, per novem funeris dies attratus incessit, eique templum erexit, & hymnos in eam fecit, ac excellentissime coluit, utpotè per quam imperium adeptus fuerat. *Cisp.*

ADRIANUS Imp. cum in morbum incidisset lethalem, de successore sollicitus, Servianum, Faustum, Plotonium, Gentianum, quasi affectatos imperii, mori coegit. Conjunxit autem Commodum Verum in vitiis omnibus adoptavit, eumque L. Aelium Verum Caesarem appellavit. Tum ludos Circaenes & donativum populo dedit, ac militibus. At Commodus va-

ludinaris, cum largius antidoto uteretur, ingravescente E valetudine, per somnium Cal. Januarii perit. Post. M. Antonium Pium, amitae Marci virum, ea conditione elegit, ut sibi Marcus Pius adoptaret, & Marcus sibi L. Commodum adoptaret. Neque laetus ex illa adoptione, sed tristis in regiam domum concessit, explicans, quot mala in se contineret imperium. *Cisp. ex Dione.*

JUSTINIANUS à Justino Imp. adoptatus est, cujus sororis filius cum esset, in regno quoque successit. *Volat. lib. 23. Ambros.*
 JUSTINUS Minor Imp. Rom. Tiberium adoptavit, quem & regni successorem esse voluit. *Ibid.*
 ARDABURIUS Asparis filius à Leo II. Imp. adoptatus est. *Ibid.*
 AURELIUS Hispanorum Rex, cum prolem non haberet, ad invidiam periculumque declinandum, Veremundum Phronillae F. in spem successonis adoptavit. *Ritius l. 2. de Reg. Hist.*

GUNTRANNUS Aurelianensium Rex, quia liberis carebat, in spem successonis Childbertum (amisso patre, bona regni parte à Chilperico spoliato) adoptavit. Orta autem mox inter eos, Theoderici Massiliensis Episcopi causa, gravi dissensione, Guntrannus adoptionem revocavit. *Rit. l. F. 1. de Reg. Franc.*

SIGEBERTUS Dagoberti filius, Austrasianorum Rex, Clodovei II. frater, cum nullos procreasset liberos, à Magistro equitum Austrasianorum Grimoaldo adductus fuit, ut Ildebertum ejus filium adoptaret. Ceterum legibus & adoptione patrem factum, mox natura filio donavit. Dagobertus procreatur. Mortuo Sigeberto rege Austrasiae, anno regni sui II. Grimoaldus Ildebertum regem salutat, ejusque causam non adoptionis modo jure, sed armis etiam tuetur, Dagobertumque attonsum ad amicos in Scotiam ablegat. Ercembaldus Magister equitum Francorum praefectus Ildebertum occidit, Grimoaldum captum Lutetiam ad supplicium misit. *Aemilius lib. 1.*

ERICUS Pomeranorum dux, à Margarita regina trium regnorum, Daniae, Norvegiae & Sveciae, adoptatus fuit. *Cranz. lib. 8. Daniae, c. 1. & lib. 10. Saxoniae, c. 26.*

DONO.
 CREUSA ex Apolline suscepto puero Joni, furtim exposito, tandem Apollinis Delphici oraculo à Xutho marito pro filio habito, officium Creusae. Si sum ex Xutho natus, quomodo post me esse tuus & Apollinis filius, ut tu dicis respondit, Xuthi filius es ex dono Apollinis, apud Euripidem in *Jone*) & causam addit:

— Καὶ δὲ ἂν εἶλοντο φίλον
 Δοῖν τὸν αὐτῶν παῖδα, δεσπότης δόμων.
 Nam amicus amico dare queat suum filium, haeredit domus.

Suppositio.
 Consule locum *Astutiae in arguendis liberis. Hic Amicitia paterna fraude conciliatae rationem habemus.*
 Maximiani Herculei Imp. uxor, ut matris animum virtili prole edita retineret, puerum supposuisse fertur, qui Maxentii nomen obtinuit: eaque suspitione Maximianus in Cesare deligendo, praeterito Maxentio, Constantium Chlorum adoptavit. *Signon. lib. 1. Imp. occid.*

ΦΤΑΚΗ. AMICITIA PATERNA
 SERVATA.
 HORTENSIVS orator, & Ful. Flaccus, scelestissimos filios, & patricidii convictos, bonis se abdicatos juravit. Sed postea mutatis animis, haeredit reliquerunt. *Alex. l. 6. c. 10.*
 NON SERVATA. HUC
 Filii à Patribus Abdicati.

Abdicare, inquit Nonius, est familia abjicere. Sumptum autem à Graecis videtur, ut qui patrem ἀπαρτίων, filium autem ἀποπίστον λέγουσιν dicebant. Itaque *Quint. lib. 3. cap. 6.* Abdicatum inter pretatur, qui à familia patris abalienatus est: nam Graeca quidem locutio per praerogationem id pronuntiant solitum indicat. *Hotoman. com. Verb. juris.*

FABIVS lib. 7. c. 4. Abdicatum forme sunt duae: altera criminis perfecti, ut si abdicetur raptor, adultera: altera imperfecti, velut pendens, adhuc in conditione positi: quales sunt, in quibus abdicatur filius, qui non parat patri. Videtur autem haec abdicatio in jure apud magistratum fieri solita, qua parentes testificabantur, se iis de causis, quas proferebant, suos liberos à sua familia removere, neque deinceps in liberorum loco numerare velle: totaque haec ratio Graecorum fuit, nam Romani emancipatione utebantur. *Idem.*

Cham à patre Noe diris devotus, & abdicatus ob illiusm parentem, qui vino ebrius parum caute in aperto jacebat. *Sabel. lib. 1. Enn. 1.*

A Phyleus a patre Augea rege Eleorum abdicatus, quod ei non consentisset in fraudando Hercule, qui ob denegatum sibi precium expurgati a stercoribus agri, adversus Augeam expeditionem instituerat. Pausanias lib. 5.

L. Q. CINCINNATUS filium Caesonem petulantissimum abdicavit, qui & a Centoribus ad Volcos & Sabinos confugit. Valer. lib. 19. Antrop. & Gellius lib. 1. cap. 16. Noct. Att.

Attilia Variola, cum a Patre octogenario hereditate excussa esset, Centumvitali tamen iudicio ad patris bona admissa fuit, pro eo, quod undecimo die post, novercam ei suspenderit, velut decrepita patet etate desuperet. Alex. lib. 6. cap. 10.

METELLUS filios suos Romae ab omni hereditate excussos voluit. Cuius testamenti seriem filii pii iratum facere nequaquam voluerunt, ne qualemque parentis voluntatem non tueri viderentur. Alex. lib. 6. cap. 10.

Svetonius de Octavio Caesare sic scribit: Nepotem Agrippam, simulque privignum Tiberium adoptatos in foro lege Curtia: ex quibus Agrippam brevi ob ingenium fordidum abdicavit, suppulitque Surrentem. Valerius autem lib. 5. & 7. Celerus, inquit, cum abdicare filium suum iuberetur a Caesare, respondit: Celerius tu mihi Caesar omnes filios meos eripies, quam ex his ego unum nota pellam mea. Svetonius igitur abdicandi verbo, pro Emancipare & Ablegare est usus. Hotoman. comment. de Verbis iuris.

AMICITIA PATERNA SECUNDARIA INTER IMPARES, PUTA INTER SOCERUM, SOCURUM, GENERUM, NURUM.

LABAN Batuelis F. cum Jacob generum fugientem in monte Galaad affectus esset, a Deo prohibitus, ne illi nocere posset, sedus cum eo percussit, & cippum ex lapidibus erexit. Quem tumulum Laban Jegarlahadutham, hoc est tumulum testimonii (item Mafpha, quod speculatorus esset Deus, quid ab utroque illorum fieret) Jacob Galaad appellavit, quod idem est. Genesis 21.

Augusti Neptis, qua Germanico nepoti Liviae ex Druso filio denuperat, Liviae & velut nutus & velut privigna erat invisita, alpeia ipsa alioqui & vehemens, sed tanta pudicitia, & tam raro in conjugem amore, ut indomitum illum C. Liviam anum duabus illis virtutibus in bonum veterit. Svetonius.

GORDIANUS Imp. ad bellum Persicum profecturus, ducta uxore Tranquillina, consilia soceri Mithei viri doctissimi spadonem ac eunuchorum adulatione rejecit. Lampridius.

ROMANUS Lacapenus Basileo pater factus, data filia Helena Constantino Porphyrogenito in uxorem, arcta necessitudine regi iunctus, de morte Caesarum, rubricatum pellium caligis sulis, altero anno mox cotonam usurpavit cum caligis imperialibus, Christophorumque primogenitum pariter coronavit. Caeteros vero filios, Stephanum & Constantinum, quos post genuit, Caesares dixit. Cusp.

PARES. NEMPE INTER

Frateres.

Pindarus Ode 10. Nemeorum, Castoris & Pollucis amicitiam vere fratrem exponit, dum frater Pollux ex Jove & matre Leda prognatus, cui soli immortalem esse licuisset, dum semper, utpote ex Deo nato, altera potius die immortalis & apud superos, altera vero mortalis, & apud inferos esse maluit, tum ut frater ipsius Castor, ex Tyndareo Leda natu mortalis, hac ratione & ipse immortalitate cum fratre per vices frueretur.

Scilicet, qui filios relinquere octoginta, cum morti vicinus esset, fusciculum jaculorum singulis porrexit, jubens, ut frangerent eum. Cum id coram posset nemo, ipse singula jacula extrahens, facile omnia confregit: docens illos, si concordessent, permanentes validos; imbecilles evaduros, si essent diffidat & distracti. Plut. in Apoph.

Caesar Augustus Adriarigem sacerdotem Amatidis deae apud Comana Ponti urbem cum uxore ac filiis in triumphum ducens, illum cum filio majore Clitao stauerat intertendum. At cum secundus militibus, qui eum ducebant, majorem se affirmaret, diu inter fratres contentio fuit, & pulcrum de morte certamen, cum praemori vellet uterque: quousque parentes Clitao persuaerit, ut juniore cederet, adherentes ipsum, qui etate provecior esset, majorem de matre ac reliquo fratre curam habitum. Itaque se-

cundus cum patre interemptus est: Clitatus servatus vel invitus, qui eam dignitatem esse consecutus. Nam Caesar, te cognita, vehementer doluit, & eos qui servati erant, beneficio & cura profectus est. Aeneas Sylvius cap. 52. Aesc. ex Strabone.

AMICITIA CONJUGALIS.

Conjugalium Locum de conjugio, & Matrimonio. Erga amicos Crudeles, parci, inhumani, liberales, perfidi. Videatur sub titulis Virritum & Vitiorum, a quibus sic denominatio.

Huc etiam refert multa ex Loco Fidei, sive Fidelitatis. S. Fides erga Amicos qua, quomodo &c.

* AMICITIA CHRISTIANA, Sive Religiosa. INTER FIDELES, RELIGIONEM AMPLEXOS.

Amicitia Christiana sive Religiosa consistit in communione omnium bonorum. Hanc enim vixisse inter primos Fideles, Lucas in Actis, distincte meminit, cap. 2. & 4. ubi dicit, Omnes qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Itaque & animis & bonorum usu conjugebantur. Videlicet, cum esset spiritalia dona omnibus communia, voluerunt & temporalia communicare, inquit Chrysostomus: Tunc vigeat calor fidei, atque imitatio Dei nullum arcantis a beneficiis suis, inquit Cyprianus serm. de oper. & elemosyn. Et lib. de unit. Ecclesiae, deplorat marcorum fidei suis temporibus, qui nec decimas darent, ac emerent potius, quam venderent.

Hieronymus Epist. 8. tribuit hanc tam insignem charitatem calenti adhuc Christi cruci: abjectionem pretiorum ad pedes Apostolorum, argumentum fuisse, pecunias esse calcandas.

Videtur hinc manasse Religiosus Ordo, qui sap. 7. xvi. id est, a communitate xerostriatid est, Crenobitici dicuntur, tamen hoc loco nulla est expressa mentio de voto paupertatis, ut observat Cajetanus, qui ex eo quod prius dictum est, eos fuisse perfectiores in doctrina Apostolorum, colligit, hujusmodi communem vivendi rationem fuisse protellam ex Christi institutione.

S. Basilus Reg. 19. ex sup. & 32. ubi de meo & tuo & 34. ex brev. vero 85. 93. 131. 135. 148. 187. 252. & serm. 2. de inst. monach. & proem. ad lib. de Morib. & cap. 19. Auct. conf. Item G. S. Augusti. ep. 109. & serm. 22. de temp. & in Ps. 83. & 94. hinc erunt prima fundamenta monachali instituti, negantes alter concordiam inter monachos recte conservari posse.

S. Hieronymus ep. 8. & de viris illust. in Marco, & Cassianus lib. 2. de inst. c. 5. & col. 18. cap. 5. agnoscunt in istis articulis illud vitae genus.

Et iterum S. Augustin. notat, nullas Ecclesias Gentium hoc fecisse, quia non venerantur unum aeternum Deum, 3. de doct. Christian. cap. 6.

Plato quidem perfectam Reipublicae formam describens, hujusmodi omnium rerum communitate induxit, sed ea nec possibilis erat, nec penitus honesta, si de uxoribus praesertim & liberis etiam ageretur, de qua te Aristoteles polit. lib. 2.

Scio quod Platonem (de quo narrat Aelianus 2. hist. var. cap. 42. noluisse Arcadibus ab Thebanis leges dari, quia rerum inter se communionem respuebant) Marcell. Ticomus in arg. dial. 5. de leg. & Christophor. Lavell. in epit. Dial. Plato, in partem meliorem interpretantur, ut nempe sit locutus de lege charitatis, & amicitiae, atque de usu honesto in obsequiis & muneribus uxorum, ac liberorum. S. Thomae 4. de H. regimine Principum cap. 4. praesens negat, sensisse Platonem de communitate uxorum. Viguit aliquandiu primorum horum discipulorum communitas, de qua sub nomine Essenorum vel Essorum scribit Philo lib. de suppl. Josephus 2. de bello Judaico, & Plin. l. 5. c. 7. Vide quoque de Canonicis Regularibus habet Tur. l. 5. pro ep. Pont. cap. 2. quos ex Catholicis Canonicos postea vocatos existimat. De his iustum opus edidit To. Molanus.

Nax. orat. 1. contra Iulianum, meminit legis ab eodem Juliano apostata latae, ne Christianis liceret se in iudicio defendere, quamvis bonis spoliarentur: cogendos enim esse observare Evangelium, quo praeriperent nihil possidere.

In Romano Martyrol. 30. Julii, Julitae martyris Caesariensis in Cappadocia, de qua etiam Basilus egregium encomium scripsit, perhonorifica mentio est, illudque de ea narratur, quod cum bona sua a quodam potente sibi erepta in iudicio peteret, ille verò exasperet, ut Christianam non debere audiri, & a iudice illi propositum esset, ut si audiri vellet, idolis offerret, illa, cum id constanter recusat, in ignem injecta, sed illa, spiritum

A spiritum Deo reddidit. Lege a Castro contra hereses, verb. Apostoli, heres. 2. Bellarmin. tom. 1. Contr. l. 3. c. 8. & 9. Molin. tom. 1. de iustitia & iure, tract. 2. disp. 19. Driedonem l. 3. de libertate Christiana. Tritum est proverbium, Naxra pixon xaxi; Omnia amicorum communia. Quod primo loco explicat Auctor Chilianum, & Pythagoras primus ejus inventor celebratur, vel Socrates, atque hujusmodi etiam vitam communis inter suos discipulos instituit. Tanquam illud, inquit Gel. l. 1. cap. 9. fuerit antiquum consortium, quod in re atque verbo Romano appellabatur Koxeiov. Seneca 7. de benef. cap. 3. & 12. diligenter hunc locum explicat, & inde colligebat Diogenes, sapientem virum divitem esse, quia deorum sunt omnia, sapiens autem illorum amicus; quod ipsum alii de Socrate referunt.

At Christiana charitas transfuit fines humanae naturae, seque dilatat & porrigit etiam ad externos, absque discrimine omnibus hominibus beneficiens, hocque arctissimo vinculo etiam alienae religionis homines extrahit; quod accidit Pacomio, & aliis. Quod etiam, ut a nostra religione homines ad suam superstitionem Julianus Apostata subtraheret, est aemulus, vel potius ementius, Naxian. orat. 1. in Julianum. Martialis lib. 2. Epigr. argute ad lepide jocatur in quendam Candium, identidem proverbium illud in ore habentem, cum nil impertiret amicis: Candide xaxi pixon sunt haec tua Candide xaxi, Quae tu magniloquus nocte dieque sonas: Sie vero tandem concludit Epigramma,

Ex opibus tantis veteri fidoque sodali Das nihil, & dicas Candide, xaxi pixon. Scitissime dixit necio quis, diviti pauperem amicum esse non posse, quia si amicus foret, pauper non esset.

* DE AMICITIA ET AMICIS, APOTHEGMA.

THALES Milefius philosophus dicebat, amicorum absentium aequè ac praesentium oportere meminisse. Amicitia enim animorum conjunctio, quos non ditimit locus. Multi non amant, nisi tantisper dum vident. Diogen. Laert. lib. 1. cap. 1.

Democritus probum amicum (dicebat) gaudiis quidem vocatum adesse debet: adversis autem casibus sua sponte. Item: Veri amici tui suaves amicitias fructione communi, tum calamitates participatione sua reddunt leviores. Item: Non posse operulari amicis, inopiae est: nolle autem, malitiae est signum. Max. serm. de Amicitia.

CNULO Spartanus, quendam praedantem se nullos habere inimicos, interrogavit, num illum haberet amicum? Sentiens, amicitias & inimicitias invicem se consequi: nec fieri posse, quin qui multos habet amicos, complures habeat inimicos. Plutarch. in Apoph.

SOCRATES dicere solitus est, nullam esse possessionem pretiosorem vero bonoque amico: nec aliunde plus fructus aut voluptatis capi. Itaque praeposterè facere multos, qui pecuniae dispendium gravius ferunt quam amici iactantem: qui se beneficiis perdidisse clamant gratis collocatum, quum eo sibi conciliant amicum, quovis lucto potiore. Erasmo lib. 3. Apoph.

IDEM Crætio interrogato, quid esset maximum & pretiosissimum ex regno consecutus: Cum ille respondisset, ut hostes ulciceretur, & amicos beneficio afficeret: Multò, inquit, melius fecisses, si illos tibi amicos acivisses. Max. D. serm. 6.

IDEM dicebat, qui fratribus praeratis alios sibi amicos acquiriverunt, iis esse similes, qui agro suo relicto colunt alienum. Ibidem.

SOLON Tyrannorum amicos dicebat calculus supputatoris esse simillimus, qui ut arbitrio supputantis ponuntur, interdum valent multa millia, interdum mini mum, interdum nihil. Laert. lib. 1. cap. 3.

SIMONIDES interrogatus, quamobrem, quum esset extreme senectus, tamen attentus esset ad rem? Quoniam, inquit, malum mortem inimicis relinquere, quam carere amicis, taxans instabiles hominum amicitias, qui consequuntur quod volunt, negligent amicum: eadem, dum sperant observant. Erasmo lib. 3. Apoph.

DIOGENES, rogatus, quemadmodum amicus uteretur Dionysius ut vasculis, ait: dum plena sunt, evacuat, & vacua abicit. Bysion. lib. 1. c. 3.

CATO Major, audiens gravissimam de colenda amicitia disputationem, ait, Amicitia quae non placet, dissende magis quam discedenda sunt. Cic. in Catoe.

La. B. Thearr. vit. Human. Tom. I.

Lycurgus Rhetor cum forte Xenocrati obviam factus esset, qui a Telone oborto collo pertrahabatur in metacium, quo in loco carcer erat Athenis: fultem impedit in caput Telonis, ac Xenocratem liberavit; Telonem vero tanquam indigna parantem in carcerem conjecit. Id Lycurgi factum cum ab omnibus probaretur, post aliquot dies Xenocrates obviam factus Lycurgi filius, Cito, ait, renungi gratiam patri tuo, qui vulgo laudatur, quod mihi amico in te tam periculosa & diffidili tulerit auxilium. Erasmi lib. 9. Apoph.

ANTIGONUS Diis sacrificans precabatur, ut se a simulatis servaret amicis: quumque percunctaretur quispiam, quamobrem tale quid a Diis optaret: Quia, inquit, hostes cum cognosco, caveo. Max. serm. de amicis.

Namerres, legatione fungens, quum a quodam ejus gentis, ad quam erat missus, beatus praedicaretur, eò quod multos haberet amicos, interrogavit, quomodo qui multos haberet amicos, periculum faceret, an amicum haberet sincerum ac probum? Id quum alter falsus se nescire, cuperet discedere: Per adversam, inquit, fortunam. Plut. in Lac.

CATO intelligens, quendam animum ab amico reprehensore alienasse: Noli, inquit, indignari amico: apem enim propter aculeum non odisti, sed foves & tueris propter fructum. Cur igitur amici oburgationem fets aded inique, quam propter benevolentiam plurimum amare debes? Max. serm. 6.

ANTALCIDAS interrogatus, quo pacto quis amicos sibi facere posset, respondit: Si loquatur illis jucundissima, praestet autem utilissima. Quo dicto inuuit, in parandis amicis adhibendam esse primò sermonis comitantem, in officiis autem praestandis utilitatem. Plut. in Lac. Apoph.

Quidam ambiens amicitiae foedus inire cum Lacone, volebat se quocumque vellet vinculo alfringere, quo certius esset amicitiam fore sinceram. Quibus ille, Una est, inquit, amicitia certitudo, si etiam volentes haderere non possint: nam reliquae omnes prolixae infirmae sunt. Convenit cum illo Chilonis, Sic habendum amicum, ut cogites illum posse fieri inimicum. Erasmo lib. 3. Apoph. ex Plut.

CYRUS, quum quidam ad eum misisset ornamenta, ea distribuit amicis: interrogatus autem, cur sibi nihil reliquisset? Quia, inquit, corpus meum his omnibus ornari non potest: G amicos autem his ipsis ornatos intuens, maximum mihi ipsi ornatum aptatum esse putabo. Max. serm. de amicis.

DARIUS Rex quum aperuisset praegrande malum punicum, & quidam ab eo scilicetaretur, cuius res tantum numerum habere optaret, quantus illic inisset granorum? respondit, Zopyrorum. Erat vir bonus ac Datio fidus amicus. Significans, regi nihil prius aut charius esse debere probis ac fidis amicis. Plut. in Apoph.

ALEXANDER Darii matrem uxorem & sorores captivas invifens unà cum Hephæstione, hunc quod esset eodem ornatu quo Rex, corpore etiam major, Syngambis Darii mater pro rege adoravit. Eadem ex nutibus adstantium intelligens errorem, perturbata denuò salutavit Alexandrum. Tum Alexander: Nihil est, o mater, quod turberis, nam & hic Alexander est: Sentiens, amicum esse alterum ipsum. Plut. in Alex.

IDEM, interrogatus a quopiam ubi thesauros haberet, amicos ostendens, in his, inquit. Max. serm. de amicis.

IDEM inter amicos, quos habebat praecipuos ac potentissimos, omnium maxime videbatur honorare Craterum, sed omnium maxime diligere Hephæstionem: Craterus enim, inquit, amat regem, Hephæstion amat Alexandrum. Id Graecè jucundius dicitur, pixon xaxi & xaxi pixon. Sentiens, Craterum in his quae ad regiam dignitatem attinebant, praestare fidum amicum: Hephæstionem privato quodam affectu diligere Alexandrum: Pariter itaque, licet dissimilet amantibus, diversa ratione perfolvit praemium: Craterum ornavit dignitate, Hephæstionem ad intimum admitti familiaritatem. Plut. in Apoph.

Extat sapientissima Scytharum legatorum oratio ad Alexandrum, lib. 2. hist. Quint. Curtii, dehortatoria a bello. Inter alia autem egregie dida & illud occurrit: Quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris uti. Nam & firmissima est inter pares amicitia, & videntur pares, qui non fecerunt inter se periculum virium. Quos victris, amicos tibi esse cave credas. Inter dominum & servum nulla amicitia &c.

PHOCION Antipatropetenti, ut in gratiam suam faceret quiddam pugnans cum Iulio: Nò potes, inquit, d Antipater Phocione simul & amico & adulatori uti. Amicus obsecundat,

A dat, quousque patitur æquum & honestum. Nec enim amicus ab amico, quod iniustum est, petere debet. Adulator autem ad quidvis obsequitur. *Plut. in Apoph.*

ZENO Cirtensis interrogatus, quid revera esset amicus? respondit, alter ego. *Laert. lib. 17. cap. 1.*

Diogenes, admonitus a quodam ab amicis illi tendi insidias, ut caveret: Quid facias, inquit, si & cum amicis & cum inimicis habebimus consuetudinem? ab inimicis nobis cavemus, amicis fidemus. Quod si pariter ab utroque nobis cavebimus, non est suave vivere. *Laert. lib. 6.*

Pericles amico roganti, ut pro se fallum diceret testimonium: Se quidem amicum esse dixit, sed ad aras usque. Sensit vir prudentissimus, eatenus beneficiendum esse amicis, quantum iustitia, æquitas, & in Deum pietas permitit. *Plut. in Apoph. Gellius lib. 1. cap. 3. Brus. lib. 1. cap. 3.*

Quum Platoni Dionysius diceret, Aliquis auferet tibi caput: Xenocrates, qui tum præceptor aderat, Non prius, inquit, quam hoc, suum ostendens caput. *Laert. lib. 4. cap. 3.*

ARISTOTELES, rogatus, quo pacto amicitia tractanda essent? Non aliter, inquit, quam nos ab illis tractari cuperemus. *Laert. lib. 5. cap. 1. Brus. lib. 1. cap. 3.*

Dion Syracusanus admonitus, ut caveret sibi ab Heracleide & Calippo, quorum fidei plurimum credebat: respondit, se male vite excedere, quam in metu violentæ mortis amicos inimicosque iuxta ponere. *Brus. lib. 1. cap. 3. ex Plut.*

Niccoli petenti, ut sibi ante Phocionem venenum haure liceret, &c. *Vide ante Amicitia certamina.*

POMPEJUS, Cato cum prædiceret, Pompeji potentiam crescere nulli bono fore populi & civitatis gubernationi, sed multo magis ad tyrannidem tendere; Pompejus ita respondit: Tua (inquit) Cato magis accedunt ad divinationem, mea autem accommodata sunt amicitia. Quo dicto indicavit, Catonem de rebus loqui planè incertis, se verò ea præcipue secutum esse, quæ tum temporis amicitia, quæ sibi cum Cæsare intercedebat, postulabat. De amico multo humanius est bene sperare, quam quasi per somnium divinare peiora. *Plut. in Apoph.*

P. RUTILIUS amico iniusta petenti quum pernegasset suum officium, ille indignabundus diceret, Quid ergo opus est mihi tua amicitia, si que abs te peto, non accipio? Imò, ait Rutilius, quid tua mihi opus est amicitia, si quid in honeste rei propter te facturus sum? *Val. Max. lib. 6. cap. 4. & Eras.*

ANTISTHENES illud cum primis damnabat in hominum moribus, quod in actionibus vasa diligenter inspiceret, priusquam emerent; vitam eorum non inspicerent, quos sibi in amicitiam adungerent. At major utilitas est à fidis amicis, quam à vasis, & plus damni est, nisi deligas. *Laert. lib. 2. c. 8.*

SOLOM Salaminus summo per se suos admonere solebat, ne cito quoslibet amicos sibi pararent; quos autem semel paravissent, non facile rejicerent. *Refertur ex Apollodoro. apud Laert. & Erasim. in proverb. Ne civis dexteram injeceris.*

ARISTOTELES illud frequenter habebat in ore, ἄπιστος, ἄδός ἐστίν. Sentiens, multos esse amicos nomine, paucissimos aut nullos re. *Laert. lib. 5. cap. 1.*

Zopyrus sibi nates & aures præcidit: itaque dissimulans qui esset, ad Babylonios transiit, fingens, se à Dario crudelissime tractatum. Babylonii persuasi commiserunt illi præfecturam. Ille nactus occasionem, Dario civitatem tradidit. Postea Darius sapienter dicitur solebat, se male unum Zopyrum integrum, quam centum Babylonios capere. *Plut. in Apoph.*

ERAT opulentissima civitas Babylon: tamen unum amicum centum Babylonibus anteposuit. Ab hoc animo quantum ab sunt principes quidam, qui fannionem aut equum, aut canem plus faciunt, quam probum, fidelem ac doctum amicum: *Plut. in Apoph.*

Scipio minor, Polybii sequens præcepta, dabat operam nequando è foro rediret domum, priusquam sibi quocumque modo quempiam eorum, in quos incidisset, familiarum & amicum reddidisset: sentiens, nullam esse homini possessionem meliorem. *Plut. Apoph.*

ALPHONSUS Rex quum dubitaret, utrum Franciscum Sfortiam, an Nicolaum Piciniam in amicitiam & societatem admittendus esset: (erat autem alterum duntaxat, propter illorum inter se similitudines, admittendus.) Matriciensibus legatis regem adstantibus, & interrogantibus, utrum Sfortiam an Piciniam gratulari deberent: Utroque tanquam amicos habendos esse, item ab utroque tanquam inimicis cavendum esse respondit. *Antonius Panorm. de rebus gestis Alphonsi, & Aeneas Sylvius de eius dictis.*

Rex Ludovicus ejus nominis XII. parva de hoste victoria,

postquam Fluxum inter suos cecidisse percepit, dissimulato E omni plausu, quem victoria exigebat, ad amicos conversus: Utinam, ait, ego Italia exclusus essem, viveret verò Fluxus, reliqui superesset proceres. Hostibus tales eveniant victoriae, sic iterum vincimus, victi sumus. Quam apposuit hoc loco verus illud inclarari possit: Flete victum! ac victorem perdit ab ipsa victoria. Ita pius Rex amicum vitam propriis commodis anteferebat. *Æmil. in vita L. Beyerlinck in Apoph. Christianor.*

HENRICUS II. Brabantiae nostræ Dux, cum venisset ad Villariensē cenobium, rogatus, templi limina subire, invictus Sanctorum reliquias isthic in pace sepultas, respondit: Sufficiat mihi nunc videre ossa Fratrum domus in monte sepultorum: ibi enim latent reliquiae mihi charæ. En, quos vivos fuerat profecutus, etiam mortuos vivos complectitur: verum namque amorem mors non solvit; quod eleganti Emblemate depingens Alciatus, ita canit:

Arentem senia, nudum quoque fronsibus ulnum,
Complexa est viridis vitis opaca coma:
Agnoscatque vices naturæ, & gratia parenti
Officii reddit munus jura suo.

Exemploque monet, tales nos querere amicos,
Quos neque disjungat federe summa dies.

Ex Chron. monast. Villariens. manuscr. Beyerlinck supra.

TRIUMPARA Rex Concini favebat Lusitanis, eosque fovebat, ac grave ob id bellum ei movit Zamirinus Calcutanus Rex. Lusitanis autem dimitti postulantibus, ne eorum causa ea belli tempesta exoriretur: Bono animo, inquit Triumpara, Divinae providentiae sidere; quæ bonas causas, dum in potissimum discernim adducere sunt, sublevare consuevit. Neque enim permitam, ut il quos semel in tutelam atque amicitiam recepi, me vivo & consentiente, ad alienam opem supplices ac vagi confugiant. *I. P. Mass. hist. Ind. l. 1. Idem ibid.*

Alphonsus Aragonum Rex, cum Neapolitani ad perpetuam sui Regis memoriam arcum triumphalem communibus impensis extruere, ac nominis ejus fama posteritati consecrare in animo induxissent; quo requisitum spatium undequaque haberet, Nicolai Mariae Buzurtii equitis clarissimi domum demoliri contulit. Res ad regem per occasionem deferretur, qui eam improbat. Non tanti, aiebat, amico G ædificia ventorum & aëris injuriæ exposita, ut ob id amici mei veteris dirutam domum velim; plus faciens amicum, quam sui nominis æviterum monumentum. *Ex Panorm. lib. de Gestis Alphonsi, Beyerlinck ibidem.*

Idem audiens illud Vespasiani dictum, Amici diem perdidit: Gratia Deo, ait, quod eam ob rem nullum diem perdidit. *Idem.*

Æquè hoc in genere nobilis ac clarus Eques Garfie Regis: ille enim Ferdinando & Garfia in Hispaniis bello decertantibus, Garfiam quem puerum educaverat, bello atque prælio abstinere monet: sibi constare asserens, eum à suis relinquendum: (malè enim audiebat apud suos Garfias) Contentum hic monita, & se prælio parat. Quid faceret amicus Eques: Instat, urget, perurget, at frustra, tandemque in hoc verbum prorupit: Eheu! statutum video, ut interficiaris: cui rei cum nihil opis adferre queam, id enitar saltem, ne te vel mortuum vel victum videam. Ita galeam atque thoracem exutus, solo ense hastaque in hostium tutram ingruit, non rediturus: maluit quippe cum amico mortem oppetere, quam superfluis eum mortuum videre, aut victum. *Bap. Fulgos. lib. 4. Beyerlinck ibid.*

THOMAS Pontanus prudentia ac rerum experientia clarissimus, dicere solebat: Amorem nunquam fecisse stipendium. Innebat autem, Amoris esse vim, ut ubi vis terrarum facile locum inveniat, etiam sine pecunia. *Ex Jac. Spieg. in lib. 2. Aeneas Syl. de dictis & factis Alphonsi, supra.*

THOMAS Morus, amicorum & amicitiae cultor, etiam in extremis angustiis constitutus: Accepit quippe mortis sententia, eaque qualis in latrones tertii soler, cum eam clementer (ut dicebant) Rex mitigasset, eò quod benignitas cum eo agere decrevisset: Hanc, aiebat, redi quam benignitatem ab amicis meis omnibus avertat Deus. *Ex Thom. Staplet. in vita cap. 18. Beyerlinck ibid.*

* HIEROGLYPHICA.

Habita fidei ratione, hieroglyphicum pro amicitia ple- tumque Canis ponitur: in qua quidem primum fides expectur ex Ciceronis & omnium sententia: mox animus, si usu veniat, ad promerendum promptissimus. *Pierius lib. 5.*

A SAL amicitia symbolum fuit durationis gratia. Corpora enim solidiora facit, & durissimè conservat: unde hospitibus ante alios cibos apponi solitum, quo amicitia firmitas ac perseverantia significetur. *Pier. Val. l. 31.*

Si quis fructiferam amicitiam, Aegyptiorum in morem, scribere voluerit, aptè Coronam myrcam malis punicis ornata facit. Coronæ enim ipsius forma amicitiam, qua quis mutuo devinctus est: poma illa fructum & utilitatem inde susceptam indicant. Plurimis alioqui modis pingi sculpique potest amicitia hieroglyphicè, ut ostendit *Pier. Val. in Palma, in Famina, in Hedera cum vite, l. 55.*

Apud aliquos Hirundinem pro amico ponitum inutit, tum ingrato & perdidit, comperias: quippe qui moribus nostris, & familiaris vitæ rationi difficulter adulescat. *Pier. Val. l. 22.*

Pocula vicissim portrecta, invitationeque ad comotandum, amicitia confirmamentum esse, tam nostri temporis mos est, quam antiquorum omnium institutum. *Pier. Val. lib. 50.*

Amiffa. Amiffio.

AMISSA RESTITUERE.

Vide Restitutio.

AMISSIO BONORUM.

Vide Quere Incurra.

Amoenitas.

* DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

AMOENITAS est voluptas quædam, quæ ex rebus & maxime locis placentibus percipitur. Unde amœnus idem quod jucundus aspeçtu, καλὸς Græcis, & volunt componi ab A & Mœnus, id est, quasi Amœnus, id est, sine fructu, cum nihil soleant amœna commodi adferre præter jucunditatem. Festus tamen ab Amo deditur.

Loca amœna, quod ad se amanda alliciant, ait Festus, dicta.

CALLISTA insula prope Peloponnesum, in qua Cadmus Agenoris F. Europam querentis, Phœnicæ quosdam cum Memoliate consanguineo suo reliquit, loci pulchritudine allectos: unde & nomen obtinuit καλλιστῆς. Postea à Thera Authemionis F. Thera fuit appellata. *Herod. l. 4.*

In Thessalia Tempus viæ. pass. longitudine, & ferme sex qui jgeri latitudine, locus amœnissimus, ultra visum hominis attollentibus se dextra lævaque leniter convexis jugis. Intus verò loco viriditate allabatur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus avium concentu. Accipit amœnum Euroton, nec recipit, sed olei modo supernantem (ut dictum est Homero) brevi spacio portatum abdicat, pœnales aquas ditiusque genitas, argenteis suis miscet recufans. *Plin. l. 4. c. 8.*

Proximum amenitate fuit quondam Ætna mons Siciliæ D qui adeò floribus perpetuò vernabat, ut venationi locus non daretur, quandoquidem florum fragrantia præpediebat canes. Inde fabula emersit, Proserpinam raptam à Plutone, dum flores colligeret. Scilicet significaverit per illud loci amenitatem, & hiatum incendio in monte factum, quo puella absorpta est. *Cædæ. de rer. variet. l. 1. c. 4. ex Diod.*

De Daphne *Sozom. l. 5. c. 19.* hæc refert: Daphne, insigne Antochiæ suburbium, memore multarum cupressorum cingitur, & aliis quoque plantis mixtum unâ cum cupressis exornatur. Et tellus illa utrinque à montibus benè fragrantia & varia florum genera sub ardoribus producit. Tectum autem quoddam, imò magis umbra, loco illi undique immittit, ut solares radii terram attingant: locus hic jucundus est, & admodum delectabilis, copia ac venustate undatum, temperatissime temperatum, ac mitium ventorum flatibus. Fabulantur hic Gentilium eruditi, Daphnem Ladonis fluvii Arcadiæ flum, cum Apollinem amatorem fugeret, in arborem ejusdem nominis esse convertam. Apollinem verò, cum ne sic quidem ab affectione amoris liberatus esset, dilectam ramulculis coronasse, & quamvis arbor esset, com-

plexum esse: eumque locum assidua frequentatione, haud E minus quam quicquam aliud ipsi charum, in precio habuisse. Hoc itaque suburbium Daphnem, cum tale esset, accedere turpe judicabatur probis hominibus. Ipse siquidem situs, & natura loci, ad ignaviam & voluptatem invitabat, & fabulæ hypothesi, amatoria existens, modica occasione accepta, morbum amantium juvenibus alioqui corruptis duplicabat, qui fabularum prætextu graviter incendebantur, & absque pudore libidinosa facta aggrediebantur, nec castitate complecti valentes, neque castos eo loco videre sustinentes. Etenim si quis sine amata in Daphne morabatur, stupidus & expers gratiæ, ac quasi scelus quoddam & abominabilis adversandusque judicabatur. Et aliàs is locus Ethnicis venerabilis, ac in multo precio erat. Erat enim illic elegans Daphnæ Apollinis imago, & templum magnificè ac preciose elaboratum, quod Seleucus Antiochi patrem cui cognominis est civitas Antiochena, extruxisse ferunt. Affirmatur autem ab illis qui ista colunt, fluere illic aquam divinationis è fonte Castalio, qui consimilem & energiam & appellationem cum eo sortitus sit, qui Delphis habetur, F & quod Adriano, cum adhuc privatus esset, de futuris Imperii rebus eo loco fuerit prædictum. Ferunt enim eum, cum filium Daphnes fonti immerfisset, haussisse futurorum scientiam in folio literis expressam. Ubi verò Imperium nactus esset, fontem hunc obturasse, ne aliis ex eo, quæ futura essent, prædicare liceret.

* Inter omnes locorum delicias & amenitates, nullus est qui præcellat, aut æquet Putcolos, & Bajanum sinum in Campania. Sic ut nullibi terrarum Natura tam largo sinu delicias & oblectamenta sua profudisse videatur, quam in hoc Campaniæ angulo. Ad eò ut hoc loci potissimum, cum summa spectantium admiratione, luxuriantis naturæ appareat venustas, dixeritque ille verissimè:

Nullus in orbe locus Bajis præluce amans.
Hic verè assumum, atque alienis mensibus æstas,
Bis grævada fruges, bis pomis utilis arbor.

Et *Plin.* Campaniam hoc nomine felicem appellat, ob felicem amenitatem, qua uno, inquit, in loco, palam nature gaudens opus demonstratur. Videtur autem hoc loco Promontorium Misenum, sive mons Misenus tribus in mare lateribus ex currens, formicibusque & crispis abundans. Ante hunc est Prochyta insula, à Miseno olim terræ motu avulsa. Ab alio latere Mare mortuum, in quo sinus Putcolanus aquas suas effundit. Circa hoc mare conspiciuntur plurima sumptuosissimorum operum fundamenta & fragmenta, ac monumentorum vestigia, quæ omnia stupendi operis molem & magnificentiam, quam olim Romanus Populus contulit, attestantur. Sinus item Bajanus thermis & balneis quamplurimis, etiam literarum monumentis celebratis, abundat, cryptisque memorabilibus, & templorum vestigiis adornatur. Non haud procul inde, Mons sive Antrum Sibyllinum, quod Sibyllæ Cumanæ antrum Scriptores indignant, visitur: & prope illud Lacus Averni, Poetarum fabulis celebratissimus. Ut nihil dicatur de Putcolis Cumanorum Emporio, olim à multitudine puteorum ita appellatis. Videat Lector plura in *Theatro Civitatum orbis Terrarum*, l. 3. n. 26.

Amor.

H

DEFINITIO ET SIGNIFICATIO.

Non hic de Amore loquimur, quem Religiosum, sive Charitatem communiter appellamus, quamvis etiam pleræque hinc ad illam deduci possent: sed ut consistit studio & adfectu bonorum quorumlibet presentium.

SECUNDUM Ciceronem autem Amor, à quo amicitia nominata est, princeps est ad benevolentiam conjungendam.

Est autem Amor, inquit *S. Aug. l. de Amic.* animæ rationalis affectus, per quem ipsa aliquid cum desiderio querit & appetit ad fruendum; per quem & fruitor eo, & cum quadam interiori suavitate amplectitur, & adeptum conservat.

Plato Amorem absentis boni in *Symposio* statuit. Nos etiam Minerva præsentis Amorem, absentis Desiderium constitujimus. Amorem Cura sequitur rei amatæ impensa, & Studium ejusdem conservandæ, fovendæ, ampliandæque.

AMOR RERUM QUARUMLIBET.

Putat.

Vita studium, Mortis fuga.

Ex loco Fortitudinis & Pusillanimitatis in declinanda morte